

VERS. 15.—*Cinque transcendissent, qui portabant arcam domini, sex passus immolaverunt et arrietem (1).* Ille sine dubio per synecdochen singularis numerus pro plurali posuit. Ut enim proximè victimæ vituli pro victimâ vitulorum adhibetur, sic etiam nunc bos et aries in singulari pro arrietibus et bovibus usurpantur. Sic enim lib. I Paralip. cap. 15, v. 26 : *Cinque adiuvasset deus levitas, qui portabant arcam foderis domini, immolabant septem tauri et septem arietes.* Quomodo tot victimæ tam brevi spatio ac tempore immolari poterint, tradit Abolensis lib. I Paralip. q. 36, et docet duobus modis immolari potuisse. Altero, ut tantum in viâ juguentur victimæ, non excoirient et clementer carnes, et aliae præterea adhibentur ceremonia, quæ non prescribit, id enim præcipue valet immolo. Ubique vero jam essent jugulatae victimæ, crena-

(1) Per singula sex passuum intervalla statuerat, ubi bos et agnus, transiente area, illaque coram alterius subsideente, immolabantur. Inuenire videtur texus Paralipomenon, immolatos esse septem boves totidemque arrietes; ex quo interas, septem fuisse per totidem intervalla sex passuum altaria, quibus totum iter a domo Obededom usque ad locum a Davide in area sedem destinatum spargebatur. In eo tamen Paralipomenon loco sermo est tantum de septem victimis, quæ sacerdos immolabat, gratias Deo reddentes, quod sibi denique peperisset. De victimis à rege nomine suo oblatis, nulli iibi legitimi. Censem Grotius, aras illas e glebis tumulario opere congestis fuisse confundat :

Erecti subitis congesti cespitis aras.

Malum ali, unicum fuisse altare, quo illarum omnium victimarum sanguis defecrabatur. Nulla sare necessitas postulabat, ut altaria starent ubique, ubi victimæ immolabantur; sed altarium major numerus pompe magnificientiam angelabat.

Hebræi meri, quod Vulgata et Septuaginta reddunt arrietem, sonat, iuxta Rabbinos, boven seu vitulum seu victimam quamcumque datà operà saginatum; ex aliis, burbum seu tantum symphonum. Symmachus, oven; Septuaginta, agnos; Aquila, animal saginatum. Sed Boenatus contendit, accipendimus esse de bove quodam Syris pinguisimo et velociissimo.

Olim pagani numina et ipsos etiam principes suos eodem honoris genere persecuti sunt, quod David hic videt: Dei Israelis impedit. Othonem ita exceptum legimus apud Suetonium: *Cum per omne fieri dexterâ sinistrâ que oppidat victimam caderentur.* Et Caligula apud eundem: *Ut à Miseno movi, inter altaria et victimas ardentesque tædas densissimo ac fuscissimo obviorum agmina incessit.* Paris ita ad Helenam scribit apud Ovidium:

*Ibis Dardanis ingens regina per urbes,
Teque novam vulgas eredit adesse deam.
Quaque feres gressus, adolescent cinamax flammæ,
Cesaquo sanguineum victimam planget humum.*

1212
bantur postea eo in loco qui preparatus erat à Davide, ubi similia parergentur sacrificia. Id porrò sine illâ longiori morâ perfici potuit, cùm multi jam essent congregati sacerdotes, et aræ item comparata plurime, ubi ritè opus illud sacrificiale peragi potuit. Altero, ut tantum cremaretur et adoleretur adeps; quod licet plusculum desideraret moræ, brevi temen confici potuit, quod fieri posse, in modo et debere dicit, quia illa sacrificia fuere pacifica, in quibus reliqui præter adipem, quem sibi ex omni nihil vindicat Deus, edunt in aliorum usus. Utramque rationem admittit Abulensis, aut potius neutraliter improbat.

Illud etiam hic obseruantum, quod codem loco Paralip. dicitur: *Cum adiuvasset deus levitas, etc., immolabant septem tauri.* Quomodo Levita adjuti fuerint in arca portandâ, queruntur interpres. Vide Abulensem q. 52, ubi referit et improbat Hebraeorum sententiam qui dicunt arcum ipsum elevatum esse supra Levitarum humeros, neque illis oneri ullo modo fuisse, cum ipsa suo se nuto ferret, quod etiam tunc contigit dicunt, cum super Levitarum humeros Jordaneum traxerit. Alios modos adducit Abulensis quos tu vide. Ego duo hic video, in quibus ad pium illud onus Levitarum humeri levavi poterunt. Primum ad pondus ferendum, quia licet arcæ moles adhuc magna non esset, erat tamen ex auro magna pars, et lapideæ tabule intus clauderantur. Sed longe major erat difficultas et labor ab ascensi, qui erat ardus et preecepit, per quem ad arcem Sionis, seu civitatem Davidis ascendendum fuit. Fuit autem mirum in tanta accidivitatem sine illâ offenditione ad summum usque fastigium arcæ esse datam. Cum ergo adjuvante Deo sex passus esset arca progressa, subsistebat parumper; an super Levitarum humeri vel super altari ad illum usum et ministerium instruto, incertum est. Utrumque probabile, sed prius meo iudicio magis, cum magnum esset Levitarum numerus, inter quos labor ille partiri posset; tunc vero septem immolabantur tauri, et arrietes totidem.

VERS. 14. — *Et David percibiebat in organis armigatis, et saltabat totis viribus ante dominum (1).* In aliisq; Biblio, neque pauci

(1) Innuere videtur Hebreus, agni lascivientis instar Davidem sallassæ, vel circumstilendo choreas duxisse. Septuaginta: *Ludebat instrumentis, Chaldeus: Laudabat dominum.* Divinum illud ostium, quo David afflatus, et præsens rei gaudium, non licitum modo, sed laudabile in eo principe efficiabant, quod in

inveniuntur hæc verba, hæc ex aliis multis, et ex nuper à Sixto correctis expuncta sint. Quare visum est in his etiam explicandis aliquantulum opera ponere, ne videamur anti-

opus.

alii rebus minus decinset publicè à viro ejus dignitate prestari.

DAVID ERAT ACCINCTUS EPHOD LINEO. Individua tunc censuit David vestem, quæ unis sacerdotibus pro consueto more debebatur; sed ejus usum nulla lex regibus interdictabat. Ephod istud nihil erat fortasse, nisi cingulum quadam lineum inferiores vestes adstringens, præter ephod assumperat tunc David pallium tissimum. Hæc tamen minime continuum Michælum, quin exprobriat regi, nudum illum fœsi coram ancillis suis apparuisse, ut inferius narratur. Ex Patriis quidam expendentes ea quæ de Davide memoria prodita sunt, comedunt scelere illum panes propositionis, et gessisse ephod, sacerdotis loco habuerunt, rati participem factum fuisse sacerdoti legis novæ, vel expressissime imaginem novi foderis sacerdotum. Hoc sensu S. Irenæus sacerdotem illum appellat: *Sacerdos scitus erat David.*

(Calmet.)

Nota et imitare hinc insignem Davidis humiliatem, à quæ ac devotions fervore quo meavit fieri pater Christi, qui in arca typice mentis oculi proprieatatem et honorabat Christum antitypum ex nasciturum; ita Eucherius:

Hic, inquit, humiliatus approlata, superbia damnata et temeritas vindicata monstratur, quia et ipse David coram arcis Domini humiliatus saltando non erubuit, mox promisso nem filii Dei ex sua stirpe nascituri suscepere prouernit; et conjux qui camdeni illius humiliatus despexit, ejus semine fecundari non merita, perpetue sterilitatis peneam habet. Porro S. Ambros. lib. I Apolog. Davidis cap. 6. Docuit, ait, David contumaciam regalis potentie non habendum, ubi religiosus extirpator officium. Honestum est enim pro religione facere, etiam incongruum sit potestatis, lib. I epist. 50, ad Sabinium, causam littoralium huius salutis, dicens: *Liudebat enim Dominus puer sursus, et ide amplius placuit, quia a se humiliavit Deo, ut regale postularet fastigium, et ultimum exhiberet Deo quasi servum missarium.* Ideo S. Ambros. serm. 25 de Sanctis, causam hujus sublimis, sed mysticam assignat, *Elatus gaudio, inquit, in salutatione prorupit.* Praedebat enim in spiritu Mariam de germine suo Christi thalamo sociandom. Unde ait: *Et ipse tangitum sponsus procedens de thalamo suo.* Ideo ipse præceteris prophetiarum anteriorum plus cantavit, quia letior conciliis per hac gaudia suos posteros conjugabat, et ad propria vota solito dulciter invitans, docuit nos quid id in ipsis nuplius facere deberemus, cum ille ante nuptias tantæ exultatione saltaverit ante arcam.

Anagogie, S. Ambrosius lib. 2 de Pœnit. c. 6: *Cum ad Baptismum venis, manus elevare, pedes quibus ad aeterna conscientias, et velociores habere moneris.* Hæc salutis fidelis, et socialis gratia comes. Hoc est ergo mysterium: *Cantavimus vobis, novi utique canticum Te-*

quam illam lectionem omnino reliquise. *Armigatus* vox est inusitata, et quod ego viderim, in hoc uno loco tantum auditæ. Significare autem, qui hanc lectionem probant, id quod ex armis, id est, humeris suspenditur. Sicut de areu dixit Maro lib. 2 Æneid. :

Nomque habilem de more humeris suspenderat arcum.

Et de pharetrâ Clandianus 1 de Raptu :

Pendens post terga sagitte.

Ego hie arbitror lecisse Davidem, quod hoc tempore, credo etiam et antiquis, et faciunt, et fecere multi qui eodem tempore et digitis liram et terram alterno quatinus pede, dum numeros simul obueni saltatorios. Quod non obscurè indicat hic locus qui docet *armigata organa percussisse Davidem, et tota saltasse viribus.* Tunc autem verisimile est, organum illud ex humeris fuisse suspensum; magnus enim fuisse labor gestare illud et pulsare manus cum saltu frequenti, et in citato tripudio, maximè in loco acclivi atque arduo. Sic opinor.

PORRO DAVID ERAT ACCINCTUS EPHOD LINEO (1).

et stamenti; et non saltatæ, hoc est, non elevatis animis ad spiritalem gratiam, Luce 7. Idem Ambros. lib. 6 in Lucam c. 7, docet hanc Davidis salutationem non tuisse lacrimam, scenican vel histrionicam, sed honestam, modestam et plam: *Est honesta, ait, salutis, quæ tripunctat animos, et bonis corporibus operibus elevatur.* (Corn. à Lap.)

(1) Nous croyons devoir supprimer quelques froides railleries, quelques pitoyables objections de Voltaire au sujet de la translation de l'arche, de la punition d'Oz, etc. Nous nous contenterons d'observer que le transport de l'arche sur un chariot était une irrégularité, puisque selon la loi de Moïse, les prêtres devaient la porter sur leurs épaules. Aussi l'accident qui arriva lorsque les bœufs qui traînaient l'arche firent un faux pas, et que le chariot ébranlé pencha d'un côté et fut en danger d'être renversé, quoique l'arche ne tombât point, fit si bien sentir à David qu'il l'avait manqué à la loi, que l'auteur des Paralipomènes observe qu'il avoua sa faute aux prêtres, lorsqu'il fallut se remettre en marche, et leur ordonna de porter l'arche, ainsi que Moïse le leur avait prescrit.

Quant à la punition soudaine et terrible infligée à Oz, ce simple lévin ne devait pas ignorer qu'il était défendu, sous peine de mort, à tout Israëlite, excepté aux prêtres, de porter les mains à l'arche; encore les prêtres n'avaient-ils la permission de toucher que les barres avec lesquelles ils la transportaient, et qui, par cette raison, n'étaient jamais séparées. Si la punition que subit ce lévite paraît très-severe, nous pouvons supposer que Dieu en agit de la sorte afin d'inspirer à un peuple grossier, qui ne pouvait être retenu que par

Hoc lib. Paralip. I, cap. 6, v. 27, *stola vocatur hyssina*; sed est omnino idem quod statim v. 28, claris explicatur, dum eadem adhibetur vox, que nunc cap. hoc 6. Porro quid sit hoc *ephod*, quo usus est David, et quod est Leviticum familiare, et quo modo ab illo distinguitur, quod gestat sacerdotum summus diximus lib. I, cap. 2, ad illud v. 18: *Samuel autem ministrauit ante faciem Domini, puer accinctus ephod linea*. Eodem autem linea tegumento etiam erant amicti Levites de quibus loco citato Paral. v. 27: *Porro David erat inditus stola hyssina, et universi Levitae* (1).

la terreur, un plus grand respect pour l'arche, symbole sacré de sa présence.

A l'occasion de cet événement, Tindal a accusé David d'avoir dansé *tout nu* devant Parche. Mais loin que ce religieux prince ait dansé *tout nu*, l'écriture remarque en termes express qu'il était revêtu de l'*ephod*, ou robe de lin que portaient les prêtres. En disant qu'il dansa devant l'arche, l'historien sacré a voulu dire qu'il avait quitté ses vêtements ordinaires et toutes les marques de sa dignité, et non qu'il dansa *tout nu*. (Duclos.)

(1) Vers. 15. — DECERANT TESTAMENTI DOMINI IN JUBLO ET CLANGORE BUCCINE. Addit Joseph. lib. 8, c. 2, atque: Ascenduntque illi cum victimis, tam rex quam universus populus ac levite, libaminiibus et multo hostiarium sanguinem viam perfundentes, et infinitam vim odoratissimum adolescentes, ut circumquaque totus aer suavitate rpletus etiam longe remanserit sentiretur. Addicte et divino auxilio ita robosetas omnes in hac supplicatione, ut nemo lasseceret, ex quo constans esset omnium opinio, adventare Deum ad inhabitandum regens extrellum ac diecastum sibi locum; nam neque hymnos canentibus, neque chorae ducentibus lasitudine est oborta, dum ad templum pervenirent.

Allegor. arca significabat Ecclesiam novi testamenti militantem, quam Christus in Sionem instituit, ad eamque gentes omnes per Apostolos adduxit, et Iudeos in fine mundi adducet. Audi Eucherius: « David arcum in civitatem Davi inducit, quia Dominus Henoch et Eliä predicabantis convertet corda patrum in filios, boves et arietes immolans, hoc est, eos, qui arcum Domini tritorunt, et ovium eius ducatum gerunt, martyrii sanguine coronans, et ipse quoque suz incarnationis et passionis exemplum extendens Iudeis non credidit palam manifestans; hoc enim significat quod et ipsa David accinctus erat ephod linea, quod de terra procreatum multiplici labore, ad candorem vestis pervenit, sicut veritate humanae carnis inter flagella triumphantis ostendit. »

Anagog. arca significabat Ecclesiam heatorum triumphantem, quam Christus in Sionem celestem cum triumpho deduxit, præsertim cum ipse in illo gloriore cum omnibus S. patriarchis et prophétis quadragesimo die post resurrectionem ascendit. Intra arca Testamēti representabat Christi humanitatem gloriosam, in qua quasi arca continetur et abscondeba-

VERS. 16. — CUMQUE INTRASSET ARCA DOMINI CIVITATEM DAVID, MICHAEL FILIA SAUL PROSPICENS PER FENESTRAM, VIDIT REGEN DAVID SUBSILENTEM (1). Non tantum viri, sed etiam feminæ secutæ fuerant arcam, cùm traduceretur, et quo potuerant modo, triumphalem illam pomparam et genitalem diem honestaverant, ut constat ex v. 19. Et in his quoque fortasse fuerant aliae uxores Davidis, que non sunt deditane inter medium turbam interesse, quam mariti singularis pietas evocaverat; neque locum, convenientiisque desperaverat, quem rex et conjux non solūm ingentibus prosecutus fuerat sumptibus, sed etiam cantu, numerosoque triplido celebrare voluit. Ergo Michal, cùm regos, id est, superbos retineret spiritus, quos à Saulis stirpe et moribus hauserat, continuat se domi, et appropinquante prospectavit pomparam per fenestram, unde cum fastidio et nausēa intuebatur pium regis festivumque triplidium.

VERS. 17. — ET INTRODUCERUNT ARCAM DOMINI, ET IMPONERUNT EAM IN LOCO SUO IN MEDIO TABERNACULI, QUOD TETENDERAT ELI DAVID. Non dubium, quin à pio et liberali rege præparatus sit locus, qui futurus esset arca non tam domicilium stabile, quam exigui temporis hospitium, et pro regia majestate eximus, et arte materiæque conspicuus, et pro arte dignitate religiosus et laetus. Sed pro tabernaculo, in quo diu commorata est, quodque tunc relictum fuerat in Gabaon, fuit quoddam tentorium ex pelibus, aut ex aliâ materia, pretiosissimum intentum velis, de quibus in Scripturâ sacrâ non constat. Tantum enim audimus cap. 7, v. 2, arcem Dei positam in medio templi. Et I Paralip. 17, v. 1, *sub pelibus*. Eo tamen in loco fuisse alia que ad opus sacrificale pertinenter, non est dubium, ut altare holocausti; nam scimus ibi olatas esse victimas, et Job ibi amplexum esse cornu altaris, quasi in summo vite discrinibile inviolabile perfungium.

ET ORTULIT DAVID HOLOCUSTA, ET PACIFICA. Hoc fuit extremum, quo in religiosum arce culum à Davide comparatum est, antequam

tur ejus divinitas. Rursum arca significabat B. Virginem, quam verus David, id est, Christus, cum jubilo angelorum omnium et sanctorum in celum deduxit et assumpsit.

(Corn. à Lap.)

(1) Reddi posset textus: *Lasciviebat cum nisu, et salu. Prima originis vox referri creditur ad saltationem lascivientium arietum, altera ad salutem caprarum. Aquila: Agitabat se, et saltabat. Symmachus: Tripudiabat et ridebat cum cithara. Septuaginta: Saltabat et pulsabat.*

(Calmet.)

cum bona gratia dimitteretur populus. Quid porrò sit holocaustum, quid pacifica victimæ, rotum est, et à nobis non semel repetitum.

VERS. 18. — BENEDIXIT POPOLO IN NOMINE DOMINI EXERCITUM. Benedicere hoc loco, bene precarci est, quasi opet, oreque David Deum, ut populi pietatem aliquo coelesti dono atque humanarum rerum abundantia compenset. Sed quia benedictio, donum etiam significat, quo alios aut excipimus, aut prosequimur, qualia sunt xenia, aut hospitalie convivium, ut diximus ad illud I Reg. 25, v. 27, ubi siccat Davidum Abigai: *Suscipe benedictionem hanc, quam attulit ancilla tua, benedixisse diei potest David populo, cùm illum discendentem cibo illo quasi hospitali prosecutus est.*

VERS. 19. — ET PARITUS EST UNIVERSE MULIERE ISRAEL, TAM VIRO, QUAM MULIERI, SINGULIS COLLYRADAM PANIS UNAM. Noluit rex prius ac liberalis tam hilare ac promptum popularium officium omittere non compensatum aliquo grati animi vel levi documento. Quare ex tantâ multitudine nemo fuit ex utroque sexu, quem aliquo manuusculo prosecutus non fuerit auctor. Largius est primum *collyridam panis*, I Paralip. 16, *tortam panis*. Abulensis putat, tantum cuique porrectum esse panis, quantum pro una mensa, sive epulo putatabatur sufficiens esse demensum. Id fortasse verum. Sed illud certum, significari aliquid supra vulgarem panem deliciatos. Hebraice est, *Chala*, quam noster interpres modò vertit *tortam*, ut I Paralip. cap. 16, modò *crustulam*. Exod. 29, v. 2. Quare arbitror huic generi placentam aliquid esse admixtum ad concilandum saporem, non tam pistorio opere, quam dulciori, quia plerisque video vocem *τοῦ σει κολλυρίδα*, cum rebus que gulam excitant, et palatum peruleunt, esse conjunctam, quæ lagana, vel lagangia vocantur. Chaldeus sic Rhodinus lib. 9. Lect. ant., capite. 16: *e Collyria dicta minimi panes, qui dari paucis consuevere. alieni tamen collyria dicuntur lagangia; unde et καλλαγὴν verbum, quo in tartagine calangiorum percoctio significatur.*

ET ASSURARUM BUBULE CARNIS UNAM. I Paralip. 16, 3, *bubula*. Vox Hebreæ *εύπν* espar, fructum carnis significat, sed animal unde sumptu fuit, non definit. Noster *bubula*, seu *bubalam carnem reddit*, id opinor adductus ratione, quia *εύπν*, à radice *εύ*, aliquid importat speciosum; taurus autem in Scripturâ sacrâ pulcher appellatur. Deuteron. 32, v. 17, de Joseph: *Quasi primogeniti tauri pulchritudo ejus.*

Aut fortasse dictio illam in duas partes dividit hoc modo *εύ πν*, es par, id est, *bubula*, sive *assatus*; et idèo ultramque particulam spectans reddit: *Assaturam carnis bubula*. Et hoc postrem magis placet. Quid si ita est, ut profecto verum esse arbitror, dedit singulis David carnem bubulam, aut assam, aut elixam; denique quam ignis tetigerat, esculentiamque reddiderat. Quemadmodum apud Hispanos, hodieque multis in locis, fit ut multitudine, quæ ad diem aliquem celebrandum convenit, cum hojusmodi esculentis dimitatur; quod officium Hispanorum vulgo *charitas*, dicitur, à Græcis olim *άγριας agape*.

ET SIMILAM FRIXAM OLEO. Hebraicè *τυρων*, asias: quæ vos nihil significat certum, sed tantum id quod convivium, et hominum familiare et benevolum cœcum exhibitat. Quare pro rerum ac temporum opportunitate modò interpres reddit, *similam oleo frixa*, modò, *laganum*, modò, *flores*, modò, *poppana*, modò, *lagenanum vini*. Quid simila oleo frixa sit, non est obscurum; puto esse illa quæ pro secundis mensis scripta dicuntur, aut quid simile, artolaganæ videlicet, aut lananga. Septuaginta sic reddit: *Collyridam panis, et placentam, et laganum de tartagine*. Chaldeus nihil de materia diei definit; tantum dicit, singulis datam esse portionem. Hispanica translatio: *Un pan, una buena puesta de carnes, e una ampolla de vino*.

VERS. 20. — REVERSUUS EST DAVID, UT BENEDICERET DONUM SUÆ. Sicut populo ante benedixit David, precatus illi fortunata omnia, et largius aliquod sua benevolentie atque aetaritatis documentum, eodem, opinor, modo domui sue benedixit, orans, ut quando illam tanto dono Deus voluisse ornare, sic etiam et dignum rediret habitaculum, celestibus cumularet beneficis, et ab omnibus tueretur incommuni. Quomodo nos in fine Completorii Domini ornatis, ut habitationem nostram visitet, et inimicorum ab eis repellat insidias; eodem fortasse modo, quo Salomon adificato templo; prius enim benedixit populo cap. 8 lib. 3 Reg. v. 14: *Convertitque rex faciem suam, et benedicit omni Ecclesiæ Israel*; sicut modò David. Deinde à versu 29 oravit, ut super dominum illam essent oculi Dei semper intenti, etc. Eodem modo arbitror benedixisse David domui sue, id est, illi à Domino precatum esse, quod Salomon templo, aut certè illius orationi orationem habuisse non valde dissimilem. Deinde puto, sicut in alios liberalis fuit, largiendo

esculenta dona, sic etiam in domesticis fuisse munificum, et geniale illis adornasse convivium, dixisseque, quod in re non dissimili dixisse traditur Estras lib. 2, c. 9, v. 10: *Comedita pingua, et bibite multum, etc., quia sanctus dies Domini est.*

ET EGRESSA MICHAEL FILIA SAUL IN OCCURSUM DAVID, AIT: *QUAM GLORIOSUS!* (1) etc. Jam ante spectatā Michal saltantem Davidem, et festivo triplido praecedente arcā. Neque diutius comprimere potuit conceptum animo fastidium, sive dolorem, qui statim, quasi virus esset acerbum, in conjugem evomeret. Quare cum primū dimisus est populus, ipsis illum excepit contumeliosus et amaris, dum ilum dicit pārū considerāt, quid ab eo regium nomen, et dignitas exigēt. A quā longè aberat, hūdūm esse in conspectu totius Israēl, non alter aīque si Iudius esset, aut nimis, aut qui scurrillūs nūgīs et inconditis corporis motibus oblectare vellet nimis curiosos et avidos irridēntib[us] oculos. Adebat deinde, ad majorēm regis ignominiam, vīle servularum nōmen, quibus se spectandum mūndū et illudēnum prasberunt. Quod, credo, fingebat insolens femina, ut crimen, si quod esset, magis amplificaret, non quod reverā coram ancillis rex in ea religiosa ac celebri traductione sal-

(1) *QUASI SI NUDET USUS DE SCIRRIS.* Verbis hisce Michal modum excedit, atque obsequio in regem deest. Textus ad litteram: *Quasi uous stiform, seu circulatorm et ollosrum, qui inanibus spectaculis imperium vulgo detinent. Sepiuaginta: Sic uous saltantian.* (Calm.)

Et nudatus est.... Nudatus, non quod David omnino esset nudus, hoc enim indecens et turpe fuisset, sed quod depositus extinam vestem regalem, ut indueret ephod; perinde ac si bōdi rex deposito palamēto vestitus thorace et caligis duxatāt desuper indueret superumerale anictum līcum, itaque in processione vel sacrificio Musas appareret, ac cum cantoribus superbellico vestis caneret. Ita Cœtaneas, Michal erat illa regis Sāulis, et uxor regis Davidis; unde indumentum petebat regia et Davidis maiestate, quod ipse saltaret ante arcā: «Nesciebat ipsa, ait Theodotus, et Procopius, divini amoris stimulos, qui magnos etiam ad parva existant.»

Allegor. Angelorum: David transferens arcā a Michal irrūs est. «Sic Dominus Jesus Christus, inquit, cum testamentum Dei in Ecclesiā scilicet transference voluit, hoc est, ex veteri Testamento evangelica precepta, velut qui nova conderet, a plebe Iudaica comprehensus atque in cruce suspensus, indubium eiſ fuit. In qua cruce velut nudus eiſ apparuit, dum potentiam divinitatis sua illis abscondens, infirmatim tantum carnis ostendit.» (Corn. à Lap.)

taverit. Nam in illā tam frequenti turbā, ubi erat non solum Hierosolyma, sed etiam totius Israēl prima nobilitas, non videntur ancille habiture: fuisse locum juxta arcā, ubi nudatus David ad saltatorios se numeros versaverat, nisi dicas, præcessisse quoque arcā puerorum choros, inter quas David suos quoque implevit orbes saltatorios, cūm nobiles feminæ artem illam minus ingenuam et honestam in virorum conspectu exercere non soleant. Sed neque hoc nimis probat, quod regi exprobret insolens uxor. Nam in hujusmodi causis, quæ publicæ sunt, quaque religioni ac pietati serviant, honeste atque ingenuæ virgines illud quoque adhibere solent exultant animi et gratulanūt argumentum. Sanè non erat Moysis soror Maria ex vili ancillarum grege; illa tamen, et honestarum mulierum (quod nemo, credo, dubitabit) frequentes chorū transmissa mari Rubro divinam celebravēt victoriā. Neque principis Jephē ignobilis erat illa, que cum ejusdem ordinis virginibus vītori parenti cum chorū et tympanis occurrit. Si credo, si quis in eā pompa fuit virginum chorus, illa non vulgaribus, sed ex ingenuis congregatus fuit. Quod id usitatum fuerit inter Hebreos, constat satis ex Judic. c. 21, v. 19, ubi hoc in Silo, id est, ante arcā, anniversariā celebrati fieri solitum ostenditor. Quod etiam accidisse arbitror in vīctoria Judith, ut constat ex illis libro cap. 45, v. 15.

Dicitur David discopertus et nudatus; an ita fuerit, ipsa viderit Michal, que, ut erat impatiens, mulier more inconsiderate haec exprobaret. Ex historiā sacrā id tantum habemus supra, v. 15, accēcum fuisse ephod linea. Sed quia illa etiam dicit totis saltissim virtibus, quod sanè facere non posset, si vestes ex more regias haberet, idēo est verisimile, illas depōsse, et ex rūco lūmō suppīssimū līcum ephod, quod levissimum ēst, et ad salutis illōs pyrrhicos opportunum, et quia religioni dabant tunc publicām operam, maximē personam regiam religiosum quodammodo decebat amiculum. Et licet in regē nihil indecorum esset, quale spectari solet in homine nudo, quoque illi ex probrātā videtur nūmī pudicū ac fastidiosa conjux, eo tamen sensu discopertus potuit, et nudus appellari, quia illud ornamenti depositus, quod erat regie dignitatis insigne. Quo modo nudus dicitur propheta, sacerdos et monachus, qui licet laico sint integrumento vestiti, sui tamen ordinis abjecerunt familiarem cultum. Quā de re nos plura ad illud lib.

4, cap. 19, de Saule: *Et occidit nudus totū die.*

VERS. 21.—*ANTE DOMINUM, QUAELEGIT ME* (4), etc. Aliqui latini codices habent: *Visit Domini.*

(1) *ET LUDAM ET VILIOR FIAM* (S. Ambr. lib. 1 Apol. Davids cap. 6, legit: *Et nūgax ante oculos tuos* plus quam factus sum; et ero humilius in oculis meis, et cum angūlis de quibus locuta es, gloriosior apparet. Vera enim gloria est humilitas quae Davidem et sanctos gloriosos efficit, dum per heroicā demissiōnē virtutēs se inferioribus associant et quasi agunt, cum eisq[ue] abjecta et in speciem villa obēunt ministeria ad Dei honorem et cultum. Audi S. Gregor, (cuius verba transcribunt Euch. et Angel.) lib. 27 Moral. cap. ult., ubi Davids sensa sic explicat: «Vilescerat corā hominibus appeto, quia servare me corā Domino ingenuum per humilitatem queror. Sunt verò nonnulli, qui de semetipsis humilia sentiunt, quia in honoribus positū nil se esse nisi pulvrem favillamque perpendunt; sed tamen corā hominibus despiciunt ap̄parere refūgunt, et contra hoc quod de se interior cogitant, quasi rigidū exteriori veniūtate palliantur. El sunt nonnulli qui villes videri ab hominibus appetunt, atque omne quod sunt, defectos se exhibendo, contemnunt; sed tamen apud se introrsus quasi ex ipsa merito, ostense vītilūtū intimescent, et tanto magis in corde clati sunt, quanto amplius in specie elevationē premunt. Quā utraque utius eiusdem bellū, magna David circumspēctione deprehendit, mira virtute supervit.» Probat idijpsam dām subiectū: «Quia enim de semetipsis int̄ humilia sentiunt honore exterius non querit, insinuat dicens: *Ludam et vilior fiam.* Et quia per hoc quid vilēm se exteriori prebut, et nequamque interiori intimescat, adiungit: *Erogne humiles in oculis meis;* ac si dicas: Qualem me exterioris despiciens exhibeo, tamen mihi et interiori attendo. Quid ergo actus sunt quos doctrina elevat, si David ex carne suā venturā Redemptorē noverat, ejusque gaudia prophetando mutabat, et tamen in semetipsū coriēcū cordis valēti discretionis calos derimbat, dicens: *Erogne mīliū in oculis meis.*»

Tropol. S. Bern. epist. 87 ad Ogerium: *Ludam, inquit, ut illud. Bonus ludus quo Michol irascit et Deus delectat. Bonus ludus, qui hominibus quidem ridiculum, sed angelis palecherrimum spectaculum praebet. Bonus, inquam, latus quo efficaciter opprobrium abundantius et despicio superbis.* Nam revera quid alii securitatis, quam ludere videamus cum quod ipsi appetant in hoc seculo, nos per contrarium fugimus; et quod iſi fugiunt, nos appelliāmus. «Et non nullis interjectis: *Non est hic ludus puerilis;* non est de theatro, qui feminis fidelisque dores repräsentet. Sed est ludus jucundus, honestus, gravis, spectabilis, qui colestium spectatorum delectare possit aspectus. Hoe casto et religiosum ludu[m] ludelat, qui dicit: *Spectaculum factū sicutus Angelis et hominibus.* Hoc ludu[m] et nos interim ludamus ut illudamur, confundamur, humiliemur, donec

COMMENTARIUM. CAPUT VI.

mus, quia ludum ante Dominum, qui elegit, etc. Sed Sixtiani codices habent, sicut à nobis dictum est. Sed est aut idem, aut non validē diversus sensus, si illud, *ante Deum,* forma sit juramenti Hebrewi familiaris. Ut enim coram Deo juramenti species est, quia usus fuit Paulus, cum dixit *coram Deo, quia non mentior;* sic etiam *ante Deum.* Quare sensus erit, *coram Deo,* seu *Deus visit* (parbū enim refert, hoene, in illo modo interpretare, cum utrumque jurisjuriā pondus habeat) qui elegit me, repudiato parente tuo, tradidisse Israelitē populi gubernaculum, quia ludum (tempore *coram Deo*) et me multò magis abieciāt, quam haecē feci. Et tunc illud et *ante ludam,* non erit copulativa conjunctio, sed valet idem omnino quod *qua.* Exempla sunt obvia.

Sed fieri etiam potest, ut illud, *ante Deum,* nullula habeat jurisjuriā firmitatem, sed id valeat, quod simpliciter sonat, et tunc est sensus: *Ante Deum,* a quo habeo, ut rejecto Saule, regnum et ludam, et personam sumam multo viiliorem, neque id mihi existimabo futurum esse dedecor; immo quod villor fuero, plus inde me putabo acceptissime glorie.

Est quidem utralibet harum expositionum neque incepta, neque aliena à translatione Vulgata, sed est difficile illam ad hebreum textum accommodare. Quaro aliam ego expositionem aggrediar, id quod in rebus implexis et obscuris aliquando facio, utinam cum aliquo operæ prelio. Et primū observo, si, conditionem particulam maxime cum futuris esse supplendam, ut docimus in nostris Commentariis super Psal. 67, ad illud: *Infirmata es, tu verbū perfecisti eam.* De tempore futuro exempla sunt obvia Joan. 7: *Quareritis me, et non invenietis;* id est, si quiesceris, non me invenientis. Proverb. 1, v. 28: *Invocabunt me, et non exaudiāt; māsi consūrgent, et non invenient me,* id est, si invocaveris, si consūrgeris. Quae sententia eo dicendi modo sapientis occurrit, Prov. 21, v. 15; Isaiae 58, v. 9; Ierem. 11, v. 11. Sic accepit illud Deut. 28, v. 58: *Sementem multam jacēs in terram, et modicūm congregabis. Vivēas plantatib[us] et fodib[us], et vimam non bibēs. Olivas habēbis in omnibus terminis tuis, et non rugeris oleo. Filios generabis et filias, et non frueris eis.* Job. cap. 51, seram, et aliis comedet. Id est, si sementem feceris, si vineam plantaveris, si olivas habueris, si filios illudamur, confundamur, humiliemur, donec

veniat, qui potenter deponit et exaltat hu-

milis, qui nos latifacet, glorificet, in exter-

num exaltet. (Corn. à Lap.)

genueris, si severo. Ad hunc modum temporibus hisce futuris conditionaliter particulam præpono, et sic explicò textum Hebraicum, qui ad verbum sic habet: *Ludans ante Domum, et viiā fiam, plus quā factus sum, et ero humilius in conspectu meo, etc.*; Si lusero in conspectu Domini, et meipsum abjeero, et si vīli fuero in conspectu meo, ita ut non me his ancillis, quarum mihi vīlem conditionem obīcīs, superiorem putem, et ad illarum me ministerium abīcīam; tū glōriōsior apparebo, nempe in oculis Domini. Alia enim sunt Dei, alia hominum iudicia; illa spectari debent, hæc eum illis composita, omnino contemni. Hæc explicatio non videtur difficultis, et est valde ad mortalem sensum opportuna.

VERS. 25. — IUTER MICHEL FILIUS SAUL NON EST NATUS FILIUS USQUE AD DIEM MORTIS SUÆ (1). Punivit Deus hoc tam superbū, liberumque convicium, eo supplicio, quod inter Hebreos censeatur esse gravissimum. Illa enim femina infelix patitur, et quodammodo maledicta, que nullam suscepisse prolem. Quod cùm aliis accideret semper molestum, huic tamen non poterat non esse longè molestissimum; quia cùm esset è regio genere, et alio Davidis uxoris illustrior, si quem è Davide filium eset enixa, ille videbatur ad regiam dignitatem esse venturus. Quo argumento Theodoreus et Procopius utuntur ad hunc locum. An vero filium Michol sive ex Davide, sive ex alio conjugi, cui illam pater ante tradidisset, aliquando conceperit, disputant interpres. Quam nos questionem expediemus breviter ad cap. 21.

(1) Symbol. Michol representat paganos, Juðos, hereticos, ceterosque impios qui Ecclesiæ fidem, ceremonias plorū hominum facta irridunt et calumniant. Hui Eucher, Angelom, et S. Ambr. l. 4 Apolog. David c. 6, unde Michol Hebr. idem est quid omnis aqua, at Eucher; aqua autem symbolum est persecutionis et persequimenti, qui ut aqua in vita carnalia diffundunt, idēque veros, plor et spirituales quasi sibi ex diametro adversos persecuntur. (Corn. à Lap.)

C'est pour cette raison que Michol, fille de Saul, n'eut point d'enfants de David jusqu'à sa mort. Michol est punie par la stérilité, qui était alors la plus grande honte de son sexe, et l'image des âmes que Dieu rejette, comme n'étais point du nombre de ses épouses. Elle avait paru d'abord digne de David, en préférant l'amitié qu'elle lui devait à celle de son père, qui avait voulu se servir d'elle pour le perdre. Mais elle paraît en cette rencontre digne de Soûl, ami du faste, ennemie de tout ce qui abaisse l'homme sous la main de Dieu, et la véritable fille de ce roi superbe. (Sacy.)

Sunt qui putent suscepisse ante hunc articulum Michol aliquos filios, sive ex Davide, sive ex alio viro; ex hoc tamen tempore pro-

Et primum ridiculum est, quod, ut in Tradit. Hebr. refert Hieronymus, existimārunt Hebrei; tempore concepsisse ex Davide, ac peperisse filium, nomine Jethram, et in ipso partu animam egisse; qui etiam addunt. Aglam fuisse vocatam. Eo verò duecentur arguento, quia hoc loco dicunt non habuisse filium usque ad diem mortis; quasi eo die, quo filium est enixa, è vivis excesserit. Sed hanc cogitationem illud confutat, quod Jethram ex Agla susceptus esse dicunt in Hebron c. 5, v. 5, multò ante hoc tempus; quare si in parte Michol interierit, non potuit interesse, aut spectasse pompa, quæ arcam longè postea in arcam, id est, in Davidis civitatem induxit. Quonamodo autem Agla non potuerit esse Michol, eo loco à nobis demonstratum est. Neque ratio, quæ Hebreos in illam cogitationem induxit, nimis urget. Illud enim, usque ad diem mortis suæ, non indicat, in die mortis natum esse filium, sed nunquam omnino fuisse susceptum. Hæ etenim particulae, donec, usque, et similes, non ita excludunt reliquum temporis, ut terminum illis particulis designatum includant, quasi in illo aliquid concedatur esse factum, quod todo tempore, quo antecessit, negatur accidisse. Quale est illud Matth. 1, de Josepho: *Et non cognoscerebat eam donec peperit filium suum.* Ex quo dicendi genere non sequitur, quod aliquando Virgo cognita fuerit à Josepho.

Neque novum est in Scripturā sacrā, ut dies, aut terminus, qui proximè antecedunt hujusmodi voces, includantur in numero, vel spatio, in quo negatur, aut affirmatur aliquid esse factum. Vulgaris enim est hæc dicendi forma, usque ad mortem regnavit, aut in luxu fuit, de illo, qui nunquam excidit è regno, sed tantum tuto tempore ante mortem obtinuit regiam dignitatem, et luxu fuit ac voluptati dedidit. Qui dixit bibendum esse calicem usque ad fæces, sine dubio ipsa quoque fæces complexus est. Sic Ezech. c. 25, cùm Ps. 412, à solis ortu usque ad occasum divinum n̄ men dicit esse ladanabile, absque dubio non excludit occasum. In his formulis, que passim occurrent in Scripturā: *Ab homine usque ad pecus, à maximo usque ad minimum, à seno usque ad infantern omnes peribunt,* nemo dicet aliquem esse exceptum à cæde. Sic ergo neque diem mortis Michol hic dicendi modus eximit à sterilitate.

Sunt qui putent suscepisse ante hunc articulum Michol aliquos filios, sive ex Davide, sive ex alio viro; ex hoc tamen tempore pro-

piter severam illam atque superbam representationem conclusam esse vulvam, neque unquam auctam novā prole. Quod ex eo verisimile faciunt, quia infra cap. 21, quinque filii Michol, exigentibus id obnoxia Gabaonitis, in cruce dicuntur esse sublati. Nihilominus communior est interpretum sensus, nullum ex Michol susceptum esse filium; non quidem ex Davide, quia cùm ex aliis uxoriis suspectos filios ad unum expresserit, de filiis Michol, quæ longè proper regnum erat illustrior, nunquam Scriptura sacra tacuisse. Neque ex priori viro, quia hoc non videbatur præterendum esse silentio. Et quidem ita putant Hebrei, à quibus Lyra non dissentit ad illud lib. 1, c. 25: *Sail autem dedit Michol filiam suam uxorem David, Phaltiel filio Lais.* Hic autem Hebrei, ut solent, multa confingunt, neque de illorum fide admodum laborant. Primum enim dicunt Phaltiel virum esse perfitum legis, religiosum et piū, qui cùm nōsset Michol habere tune viventem virum, neque ab eo fuisse dato libello repudiū legitimè dimissem, nobissem eam maritali copula cognoscere, atque idē purum et collīhem servasse thalamum. Atque idē cùm lib. 1, c. 25, vocatus esset Phaltiel, postea 1. 2, vocatur Phaltiel, addito Dei nomine; quod cognomentum à religiosa castitate consecutus est. Ita Abulensis in c. 3, q. 17, citata historiam Scholasticam, apud quam ego non invenio.

Cum autem hæc explicatio viderentur obstare Phaltielis lacryma, quas ablatā uxore ubertim effudit, et studium quo illam voluit in suo retinere convictu, dicunt plorasse quidem Phaltielem, pra gaudio tamen, quia cùm non esset illius uxor, cui posset assuscere legitimè, gaudebat vir bonus, quidem Michol legitime fore restitutus conjugi, et ipse à familiari pecuniam consuetudine liberatus. Neque abnovere videtur Lyra, qui alio etiam adducit ex Rab. Salomone, idē nempe plorasse, quia ablatā Michol, videbat sibi magnæ perfectionis ablatam esse materiam, cum contineret se ab ea, quia assiduum habuit lectuli consortem. Ita enim ex codem Rabbino refert Abulensis supra q. 18, inter se et uxorem ensim statuens nudum, ne quis audiret, aut posset ad

CAPUT VII.

1. Factum est autem cùm sedisset rex in domo suā, et Dominus dedisset ei requietum undique ab universis inimicis suis,

2. Dixit ad Nathan prophetam: Vides-

s. s. ix.

alterum impunitus accedere. Aliam historiæ Scholastica Phaltielis gemitus rationem adducit in lib. 2 Reg. cap. 4, quia non cognoverat eam, quia illa cùm diligenter Davidem, tristem ad alterum virum vultum afficeret. Quod verò Phaltiel tantoper voluerit eam habere secum domus thalamique consortem, eam fuisse causam nonnulli credunt, quia magnus illi ex regie conjugis consortio adveniebat splendor, qui, abente uxore, ex sua quoque familia abiit videbatur. Sie illi.

Illi porrò argumentum, quod adducitur à Lyra, aliquod etiam momentum habet, ut putemus intactam à Phaltielis fuisse Michol, quia si David alter de uxore cogitasset, non illam tantoper repetisset ab Abner primū, deinde ab Ishobeth. Sanè quia concubina, quas Jerosolyma reliquerat, violata fuerunt ab Absalom, ab illarum perpetua consuetudine abstinuit. 2 Reg. c. 20, v. 5. *Cumque venisset rex in domum suam in Jerusalem, tulit decem mulieres concubinas, quas dereliquerat ad custodiendam domum, et tradidit eas in custodiam, alimenta eis præbens, et non est ingressus ad eas; sed erat clausa usque ad diem mortis sue in viduitate viventes.* Scio hanc rationem infirmari optimè ab Abulensi in lib. 1 cap. 25, q. 19; aliquid tamen habet ad hanc cogitationem momenti.

At dices, infra cap. 21, v. 8, quinque filios attributi Michol: *Tulit itaque rex quinque filios Michol filia Saul, quos generat Hadrieli filio Bercellai, qui fuit de Molathi. Josephus filio lib. 7, cap. 4, ex Davide dicit nullos filios peperisse Michol; ex alio verò marito genuisse quinque.* Sed est communis, veraque sententia, quinque illos filios non fuisse natos e Michol, sed ex illius sorore Merob, quos ipsa, cùm caret filii, sibi ipsi à matre iam orbatis adoptavit. Ita Hebrei, ut in coram Traditionibus refert Hieronymus, et communiter alii. Et docet textus ipse non obscurè; nam illi quinque filii esse dicuntur Hadrieli filii Bercellai, qui fuit de Molathi; at huic nupsit non Michol, sed ejus soror Merob, ut liquet ex lib. 4 Reg. cap. 18, v. 19. Imò ex hoc fit magis verisimile, nullos ex Michol natos esse filios; neque enim, si proprios haberet, adaptaret alienos.

CHAPITRE VII.

4. Le roi s'étant établi dans sa maison, et le Seigneur lui ayant donné la paix de tous côtés avec tous ses ennemis,

2. Il dit au prophète Nathan: Ne voyez-vous

39